



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Margarita Evangelica**

**Essche, Nicolas van**

**Coloniae, 1545**

Interna vnio cum Deo. 31

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

## MARGARITAE EVANG.

cessaria est, si in Deum venire debeamus. Et hæc vna nostra cogitatio semper in Deo vln  
oem multiplicitatē fugere debet; alioqui distri  
ctus quisq; remanebit, & deficere cogetur. De  
de iā vterius cogitabimus hoc mō: Quid esse  
go ista essentia? Est oīs essentiæ essentia, omni  
tæ vita, & lux omnis lucis. Hicq; cauendū est  
cognitionē nostram ad creatas substantias cu  
currere sinamus, sed semper in vna illa esse  
permanebimus, donec simul cū ipso dñs nos  
ducēte egrediamur. Deinde cōsequenter cogi  
in Deo: O æterna, abyssalis, modinæscia, incre  
ta & incōprehensibilis essentia, ab æternitate  
go, q̄ oīa alia in te increata fuimus. Et certi  
mecū quicquid volebas facere, poteras. Nec di  
resistebā tibi. Iam vero etiam te ipsum mecum  
nisti, & es vita aīæ mæx. Quia ergo oīs essentiæ  
essentia, te mecum vniisti, & semper mecum  
permansura, oem voluntatem meam totaliter  
in diuinam essentiam tuam projicio: rogans  
& obsecrans, ut me sic regere atq; vti digneris  
quomodo me vri poteras, quādo in diuina me  
te tua adhuc increatus eram.

Interna vnio cum Deo. Cap. XXXI.

O Bsecro te o amabilissime dñe Deus me  
us, o summū & incōmutabile bonū, &  
mihi secundū beneplacitū tuū accepisti  
mæ volūtatis tuæ adorare te in imagine animi  
meæ, in qua tei p̄m vniisti: vbi quoq; te tem  
p̄ sente inuenire possum intelligentē oīs inten  
nes, cogitationes, volūtates ac desideria mea  
cundū q̄ etiā retribues mihi. O amabilissime dñe  
us, ecce intra me es vīcīnior mihi, q̄ sim ipse  
mihi. Attamē me liber & condidisti, & inter ten



LIBER III.

pus & æternitatem me posuisti. Si ergo ad tem-  
pus, id est, ad caduca & transitoria quæcunq; me  
conuertero, actū est de salute mea: si vero ad æ-  
ternitatem conuersus fuero, saluus ero. Sed si ve-  
re & rite me ad æternitatem cōuertere debeam,  
scire me in primis oportet, quæ sit æternitatis o-  
rigo. Illa sane est ex æterna illa diuina abyssō,  
quæ nunquam mutari potest, & est amabilis,  
dulcis ac diuina essentia, quæ per diuinam præ-  
sentiam suam intra me existens, sese mecum v-  
nijt, & est vita animæ meæ. Nunc igitur o sem-  
piternum & vnicum vnum, o Deus meus, o vi-  
ta animæ meæ, quæso aufer memetipsum mihi,  
& me tuipse vtere. Suscipe me obsecro, qui non  
sum nisi vas iniquitatis. En totum me tibi offe-  
ro acresigno, ad faciendum mecum pro summo  
beniplacito tuo in tēpore & æternitate. ¶ Ele-  
vare nunc o anima mea, & transi in Deum tuū.  
Considera quanta sit dignitas tua, cuius ipse De-  
us non potest obliuisci: qui etiā sic tecum vni-  
tus est, vt a te nulla velit ratione separari. Nullos  
proptere labores exhorruit, nullas pœnaltates  
subtersugit, sed ex amore mortuus est, & nobis  
memetipsum dedit. Qui cum sis supra omnia &  
in omnibus essentialiter, nequaquam tamen ali-  
quem a te o dulcissime Deus excludis aut sepa-  
ras ad te venire volentem. Omnes quidem ean-  
dā escam manducamus, sed soli boni saporis suæ  
uitate reficiuntur. ¶ O pater oīm q̄ es superoīa, in  
te credo, & tuæ diuinæ bonitati, tuæ æternæ es-  
sentiæ, tuæ diuinitatis vlnis ac diuinæ virtuti me  
trado, atq; resigno. In te quoq; spero, quia super  
omnia te diligo, & me diuinæ præsentia tux re-  
comendo. O potētissima virtus. O lucidissima et

DD iii sum-

## MARGARITAE EVANG.

Summa sapientia. O immēsa & infinita bonitas.  
O abyssalis humilitas. O nobilissima dignitas.  
O perenne bonū. O lux increata. O pater lumen  
nū. O verbū patris. O æterna veritas. O splendor  
paternæ substantiæ. O trina vnitas. O essentia o  
mnis essentiæ. O vita ois vitæ. O lumen luminis.  
O pater, o fili, o spiritus sancte. O trina vnitas.  
personæ tres, & vnum inseparabilis Deus. O im  
plex diuinitas, q̄ per Trinitatis tuæ operatio  
cœlum, & terrā, & omnia, quæ in eis sunt, co  
disti. O vita animæ meæ, gaudiū meum & colo  
latio mea. Laudare te minime sufficio, sed te lau  
det omnipotens potentia tua, incomprehensibilis.  
Sapiētia tua et increata bonitas tua, sempiterna  
virtus & diuinitas tua, excellens gratia & mis  
ericordia tua, potens ac summa fortitudo tua, ho  
mignitas & charitas tua, propter quā me creauis.  
O vita animæ meæ. O sancta dulcedo, dominus  
meus & Deus meus. O trina vnitas, q̄ summe  
taris in teipsa in maxima & altissima concep  
tione, tres in uno cū incomprehensibili ac summo  
gaudio, viuens in æterna, beata & inaccessibili  
luce. Ad qđ gaudium etiā me fecisti, sed per pe  
catum inde seclusus sum, per humanitatis ver  
tuæ merita & passionē mihi idipsum restituisti.  
**R**ogo proinde bonitatē tuam dulcis Iesu dñe  
Deus meus, creator & redēptor meus, per mer  
ita sacro sanctæ humanitatis tuæ, vt sinas lucem  
in me diuinitatē tuā, & expellas a me, q̄c quid  
me displiceret tibi. O splendor æterni luminis,  
æterno in te increatus fui, in diuina memoria,  
tellectu & voluntate tua. Iamq; me calē aliquem  
fecisti, in tali tempore, ex talibus parētibus, sub  
li planeta, & ad talem me statū p̄ordinasti, sic



G.

LIBER III.

bonita-  
dignita-  
ter lumi-  
O sp̄lēdo-  
ssentia-  
lumini-  
a vni-  
eus. O lim-  
operatio-  
nt, codi-  
n & cito-  
sed te la-  
benifibili-  
mpitenti-  
a & mai-  
o tua, bo-  
ne crea-  
domini-  
summe-  
contēpli-  
e summi-  
ccellibili-  
d per pe-  
rais ver-  
estitulū-  
Iesu dī-  
per mer-  
as luce-  
quid a-  
minis, a-  
moria, a-  
aliqua-  
us, sub-  
asti, fir-  
plac

placuit tibi. Volo proinde, ut & mihi placeat  
vnica ordinatio tua, siue grata, siue cōtraria mi-  
hi sit. Etenim tantā mihi arbitrii libertatem cōtuli-  
sti, ut qđ velim facere, possim. Volo ergo & de-  
sidero perpetuo seruire & subditus esse tibi. Cō-  
fiteor aut̄ te per diuinā p̄sentiā tuā vbiq; et  
in me quoq; existere. Sed nunquid dignū erat o-  
factor oīs creaturæ, ut sic vniuersitatem facturæ tuæ?  
Nunquid hoc meruimus? O vita animæ meæ, si  
essem modo hoc totū, quod tu es, libens creatu-  
ra fieri vellem, ut tu dñe Deus creator meus, fie-  
ri posses hoc ipsum, quod nunc es: quatenus &  
ego & oēs rationales creaturæ tibi perpetuo ser-  
uire possemus. Nihil iā ulterius facere possum,  
quippe qui sine tuo auxilio nihil oīno possum.  
Ideoq; in tuā diuinam abyssum (in quā multos  
amantes sp̄ūs absorbiui) me immergo, rogan-  
te ut me per amarissimā passionem tuā mūdes,  
& ruinā peccatorū meorū suscipias, perq; abyssa  
lē misericordiā tuā liquefacias & trāsformes me  
in te, ut pacem & gaudiū in me habere possis.

Exercitium vñionis cordis nostri cum  
Deo. Cap. XXXII.

S Equitur iam interna quedam vñio cū Deo,  
& simplex exercitiū cordis, per quod in oc-  
cultum sp̄ūs fundum introducimur, & tora  
liter in Deū cum sp̄ū, anima & corpore transfor-  
mamur. Sp̄ū qđē in vitā superefforialē in diui-  
næ veritatis agnitionē, in diuinæ bonitatis amo-  
rē, & in internū quoddā silentium, in q; etiam ar-  
cana verba audiuntur: anima vero in debitam  
omnium virium suarum in locis suis ordinatio-  
nem, & omnium virtutū perfectionē: corpus de-

DD iij niq;